Dei. 2° qd sit polis gravitas infinite intensa: 3°. motus localis infinite velox, proinde que instantaneus, 4°. adeoque motus successivi. 5°. qd esset polis calor 8°. infinite intensus: 6°. intensissimus gradus caloris esset essent. infinite pfectus. 7°: qd de facto daretur in igne intenso infinita calor.

Dispo 1ª sequela: esset polis visio Dei ex cap. infinitudinis, n, repugnaret Deo; ex alio cap. ng, l, transeat: ea visio n, repugnaret ex titulo infinitudinis, sed talis infinitudinis, que esset comprehensiva Dei. Unde ng cog: licet ee, ea visio esset infinite intensa, n, esset tam pfecta, ac est ipse Deus, qd navus erat, ut esset Dei comprehensio.

Ad 2ª disto ante, ng cog: velocitas ee, motus debet ee xª nag motus qui est essent. successivus: inde licet esset summe velox, n, esset in inst. Ad 3ª disto ante, dispo coeq: esset essent. infinite pfectus Geometrice et 2ª quidem Deo; arithmetice et spe ng, et 4ª sequela: licet ee, calor, in detrata intese proportionalitas igne sit ipsius proprietas, non tam, calor infinitus, qui, n, est supra ipsius vires et conversum que apentis naalis.

Demum observa, qd homo habens gratiam infinite intensam, posset mereri, alios gradus gratie, cum posset infinitus augeri xª dicta: qd si dicatur ei datus fuisse omnes gratias poles, posset dici, tunc, n, mereri augmentum, ex defectu [illegible] n, ex defectu operis. Observa item, qd dignitas infinita, gratie infinite intense, solus esset infinita 2ª qdl, proinde que infeiror omnis respectu persone Dei ofensi, gratificantis que ofensum: inde posset ea gratia satisfacere de condigno pro peccato lethali; sed [illegible] ad Theologos, aliena quidem sunt a Phis, n, vº. gª maxima, qd quidem [illegible] l, dumtaxat minima: maxima evolvit Thus, ut ig patebit.

Sectio IVª an sit polis creatura omnium maxima, aut omnium minima?

Noto 1°: queas nec pcedere de pfecte accidenti, qualis esset pfecte illius creare in qua Deus colocaret oia dona gratuita; pfecte [illegible] nec de pfecte morali in qua cois Theologorum sententia cum D. Thoa, et Seraph. Bonavent. tenet de facto dari creaturam omnium maximam, nempe, Beatissimam Virginem MARIAM, dominam nram.

Praedit qo, de pfecte intra et essenti; an nimirum, sicut in pfecte inca viventis planta excedit lignum, sicut in pfecte sensitiva equus excedit plantam, et homo in pfecte ralis excedit equum; ita in infinitum ascendere possimus, quin unquam deveniatur ad speciem que ab alia n, excedatur.

Aliis tris, solet difficultas proponi; nempe, an inter creaturas poles quas dicimus ee infinitas, detur aliqua species phica et substantialis, adeo pfecta, ut oes oino, alias creaturas poles excedat in pfecte. Sive autem hoc, sive illo modo proponatur, idem semper inquiritur, nam sub vera, idem est inquirere an sit polis creatura omnium pfectissima, ac inquirere, an quelibet creatura quantumvis pfecta designata, posit alia et alia perfectior in infinitum assignari?

Noto 2° dupliciter posse huiusmodi creaturam ee maximam, l, pote, l, nare. Dicetur maxima pote si adeo pfecta sit, ut nec ab alia excedatur, nec patiatur sibi equalem. Dicetur maxima nare, si taliter sit perfecta in sua specie, ut licet superiorem n, patiatur permittat equalem.

Dico 1° impolis est creatura omnium maxima. Ita D. Thomas, Eximius Oviedo et quot quot videri possunt apud P. Peynado, hic, disp. 3. sec. 2. Contra Durandus, Baconius et plures alii. Pbtur 1° ratione: qualibet creatura a se facta, potest Deus facere aliam pfectiorem sic loquendo: quelibet creatura asignata alia est pfecta polis: ergo impolis est aliqua, que sit omnium pfectissima. Cons. 1ª legitime sunt, ans est, [illegible]

D. 1ª pte, q. 25 arto 6º, et alteriu firmatur, qª qualibet creatura quantumvis pfecta designata, nulla apparet repugnantia in alia perfectiori:
neque esse evincitur contradictionem involvere, quin potius eius non repugnantia
variis paritatibus, l. ab adversariis receptis, sufficienter protegitur ut in
argutis constabit: ergo qualibet creatura producta, potest alia et alia &ra.

Cf. qd non ostenditur evidenter repugnare, et aliunde cedit in majorem
Dei omnipotentiae commendationem, posse est; sed qd qualibet creatura producta possit
Deus aliam pfectiorem producere, non ostenditur evidenter repugnare et aliunde cedit in majorem Dei omnipotentiae commendationem; 1ª pars minoris constabit
sola obiectionum solutione.

Constat etiam 2ª nec esse est dubium, magis commendare Dei omnipotentiam, ex eo qd quolibet termino producto possit in infinitum
producere alium, et alium, dummodo id, ex alio capite non evincatur
repugnare, quam ex eo qd producat tantum, ultra quem pfectiorem non possit producere. Aliis probationibus supersedeo, et qª nullas involvunt difficultates,
et qª necessariae non sunt praecipue.

Et ratio est, qª nos re vera affirmamus
posse esse pfectiorem et pfectiorem creaturam, in infinitum, propterea quod, non
alia eximus probare, quam potissima in quibus de possibili sit, non
repugnantia. Ex dictis pro hac conclusione apparet, ea nasse creaturam
maximam, sive potentia, sive naturam: item: hanc conclusionem non constat debere
propugnari a defendentibus infinitum syncathegorematicum.

Dico 2º: impossibilis est
creatura omnium minima in producta pfectione. Haec conclusio fluit ex
1ª: sicut esse, quaevis creatura pfectior assignata, non repugnat alia et alia
pfectior in infinitum: ita etiam qualibet creatura imperfecta designata
non repugnat alia, et alia pfectior in infinitum, vel ostendatur.

Roboratur:
pfectio Dei, ut pote quaquaversum infinita est infinite participabilis, tam
ascendendo, quam descendendo: sed qd ascendendo sit infinite participabilis, qualibet creatura designata est possibilis alia, et alia, quae
magis ac magis participet, sit que propterea pfectior, et pfectior in

infinitum: ergo similiter descendendo, qualibet imperfecta designata est possibilis alia, et alia, quae minus ac minus participet &ra.

Subsectio Vnica, argumenta solbuntur.

Obj. 1: qd non apparet repugnans et aliunde commendat magis Dei
omnipotentiam, posse est; sed non apparet repugnans creatura omnium pfectissima, et aliunde magis commendat Dei omnipotentiam: ergo ea creatura possibilis est. – Dista
majorem, concedo minorem, quo ad 1am partem: non apparet repugnans creatura
pfectissima Dei probis qd dicit, nempe Dei entitatem pfectionis quam
habeat Deo; Dei naturam, nempe Dei alterius pfectionis non, et Dei partis
ipsius minoris.

Si autem, quaerant adversarii, cur ea creatura Dei naturam
repugnet: ratio est, qª ultra illam creaturam, quam vocatis pfectissimam
non probant ipsi, repugnare aliam et aliam pfectionem: quoties autem hoc
non probatur talis creatura possibilis est, et quoties ~~pfeor~~ possibilis est pfectior et
non probatur talis perfectionis; ut aliquam
pfectior ultra pfectissimam, repugnat, qd haec sit talis perfectionis; ut aliam
pfectionem excludat.

Ut autem, clarius percipiatur hoc, a quo tota huius
quaestionis intelligentia, pendet. Observa 1º: qd quando negamus creaturam omnium
maximam, re vera, nostra conclusio non est negativa, sed affirmativa:
propugnat esse, ultra quamlibet creaturam assignatam, non repugnare aliam,
et aliam pfectionem: unde nos, non negamus, esse possibilem creaturam v.g. habentem
centum materiale, gradus pfectionis entitatem, sed dicimus ultra ipsam esse possibilem
aliam et aliam habentem majorem pfectionem.

E contra vero adversarii dicunt
esse possibilem creaturam habentem, mille gradus pfectionis, et ultra ipsam impossibilem
esse aliam pfectionem: unde liquet, qd nobis non incumbit assignare possibilem
esse aliam pfectionem; pro negando creatura omnium maxima, cum esse ea negare
statim, sit asserere possibilem esse ultra quamlibet assignatam, et possibilitas cuius
cumque rei, sufficientissime probetur ex non repugnantia, nobis sufficit
pro probato ad nostram conclusionem, qd, non ostendatur repugnans alia et
alia pfectior creatura, ultra quamlibet assignatam.

Liquet etiam, qd cum

adversarii afferunt, impolis, creatura aliqua ultra eas, quas ipsi vocant
perfectissimas, impolitas quae cuiuscumque rei debeat probari ex contradi-
ctione praedicatorum; debent ipsi probare ostendendo, quod involvit contradic-
tionem creatura perfectior, et perfectior, quam adstruunt impolis.

Observa 2°, ma-
gis commendari Deum omnipotentiam, impolitate creaturae omnium maximae, quam
eius oppositae possibilitate: certum esse, est, magis commendari Dei omnipotentiam
ex eo quod producta tali A. v.g. possit alterius producere, tum B, C. &a.
si hoc aliunde evidenter non probetur repugnare, quam ex eo quod solum
possit producere tum A; sed hoc Doctores afferunt propugnantes possibilitatem omnium
maxima, secus vero tuetur opposita sententia: ergo.

Replicabis, Deus potest produ-
cere creaturam omnium perfectissimam quae potest producere: ergo si Deus illam
creaturam producit, producit omnium maxima, vel si non, producat omnium maxi-
mam: ergo non esset omnium perfectissima, creatura omnium perfectissima, quam Deus
potest producere. — Instabis: Deus potest producere chimeram quam po-
test producere: ergo si eam producat, producet chimeram, vel si non producat
chimeram: ergo non est chimera, chimera quam Deus producere potest.

Item: Deus potest producere numerum omnium maximum, quem potest
producere: Deus potest designare ultimum instans aeternitatis a parte
post, quod potest designare: Deus potest producere ultimam durationem aeternitatis
realis, quam potest producere: ergo ultima duratio, aeternitatis realis, ultimum
instans aeternitatis, a parte post, et numerus omnium maximus, possibiles
sunt. Negabunt adversarii suppositum, illud nego et ego, nempe
quod Deus possit producere creaturam omnium perfectissimam.

Replicabis iterum:
haec propositio: Deus potest producere creaturam omnium perfectissimam, quam potest pro-
ducere, est identica, non minus quam haec: Antichristus iustus est, An-
tichristus iustus; sed haec est vera: ergo et illa. Distinguo maiorem, ut propositio
vera: est vera et de subiecto, non supponente Distinguo et de subiecto su-
mitur: est vera et de subiecto, non supponente nego, et aliter concedo.

Vera utique est propositio illa Domini Arriaga,
formatur tamen in supposito falso, unde hoc negato ruit eius ve-
ritas, proinde quae ex veritate illius, neutiquam inferri potest po-
sse esse creaturam omnium perfectissimam: sicut ex veritate huius, Antichristus
iustus est, inferetur v.g. Antichristus est iustus, quia sit; talis propositio
est vera de subiecto falso, et ex eo quod sit vera propter falsum suppositum
non sequitur suppositum esse verum.

Haec communis est Recentiorum solutio cui assen-
tior, non vero ita ut plane concedam illam propositionem Domini Arriaga esse veram,
quin potius ex ipsis terminis, quibus antea distinxi, clare apparet me
re vera affirmare, illam propositionem absolute loquendo falsam esse: nam esse eius
veritas tota pendet a supposito, quod involvit contradictionem ex parte praedicati,
et dico tale suppositum esse falsum, quis non videat me, re vera, talem
propositionem reputare falsam.

Quod et propugno, quin obstet illam propositionem esse
identicam; neque esse omnis propositio identica est vera, nisi ad summum
sumpta copula in vi copulae; seu quatenus praecise denotat convenientiam
subiecti cum praedicato, sic esse, est vera haec identica: chimera alba, est
chimera alba, et sic etiam est vera propositio Domini Arriaga; potest ta-
men, propositio identica esse de subiecto, non supponente, et tunc, si copula
sumatur in vi verbi, seu in sensu copulae realis, talis propositio est in
materia impossibili, proinde quae falsa.

Sic se habet haec identica: possibile
est chimera quae est possibilis: et ratio est, quia sumpta copula in prae-
dicto sensu, affirmat (contra dicta in summulis) re vera dari identitatem
praedicati cum subiecto, cum quae tale praedicatum ut pote falsum suppositum non de-
tur, nequit dari identitas ipsius cum subiecto: applica doctrinam, hanc
propositionem Domini Arriaga, quae ex parte praedicati involvit suppositum falsum et
cuius contradictoria, nemini debet in sensu copulae realis; aliter esse, non veniret
ad rem.

Quod si quis, nimis impertinenter interroget, cur si propositio illa
est absolute falsa, non vetur nando absolute antecedens? Ratio est, quia ex con-
scholasticorum usu, genuinus respondendi modus, ad huiusmodi propositiones
falsas, quia falso supponunt, solum est negare suppositum, negato enim
fundato, quo nituntur, negantur et ipsae.

Ob. 2o. in colectione omnium creaturarum possibilium nec omnes exceden-
tur ab aliis, nec omnes alias excedunt: ergo deveniendum est ad aliquam
quae omnes excedat, et à nulla excedatur: ergo possibilis est creatura omnium
perfectissima. Ans. constat; nam si omnes excederentur ab aliis, et simul
alias excederent, daretur mutuus excessus in perfectione, qui non
minus quam mutua causalitas videtur repugnare. Distinguo ans.:
nec omnes colective sumptae, excedunt concedo; distributive sum-
ptae nego et utramque cons. Excedens et excessum est quid correlativum
respective alterius: atqui, tota colectio creaturarum, nullum dicat creatum
ultra se, omnes colective sumptae neque excedunt, neque exce-
duntur: ast distributive sumptae, omnes et excedunt et exceduntur;
quaelibet enim creatura ita suas inferiores excedit ut à superiori-
bus excedatur: unde nego probationem antis: quod esse quaelibet creatura sit
excessum et excedens respective diversorum, non est mutuus excessus. Repla-
bis 1o: haec est bona argumentatio: omnes creaturae distributive sumptae producun-
tur ab aliis creaturis: ergo, vel deveniendum est, ad aliquam quae producatur
immediate à Deo, vel fatebimur dari mutuam creaturarum productionem:
ergo etiam haec est bona: omnes creaturae distributive sumptae excedentur ab
aliis: ergo, vel deveniendum est ad aliquam, quae immediate excedatur à
Deo, vel fatebimur mutuum excessum perfectionis. Nego cons. discrimen est, quod
argumentatio antis fit à creaturis de facto productis, pro inde quae à
colectione finita creaturarum, atqui colectio finita, necessario, habeat
ultimum, inde bene infertur, vel deveniendum esse ad aliquam quae à Deo
immediate producatur, vel per mutuam productionem ab alia creatura intra
colectionem contenta: argumentatio vero consequentis fit à creaturis possibilibus, pro
inde quae à colectione infinita, in colectione autem infinita non datur
ultima, unde etc.

Replicabis 2o: si in creaturarum colectione possibilium, omnes
excederent et excederentur, excessus erunt plures, quam excedentes, et
simul, non erunt plures. 1a pars constat, quia in tota colectione in-
cipiendo ab homine v. g. omnes excederent et excederentur. homo vero

excediditur, et non excedit: ergo excessus sunt plures. Constat 2a quia cuilibet
excessui correspondet suum excedens: ergo tot sunt excessus quot excedentes:
praeterea dici non potest omnes simul excedere, et excedi. Concessa 1a parte, sequelae
ac sua probatione, nego 2am et distinguo probationem: cuilibet excessui correspondet suum
excedens tantum concedo; suum excedens et suum excessum nego, et ultimas consequentias.
Solutio clarescit exemplo: ponamus centum homines, quorum quilibet habet
duos lapides, praeter ultimum, qui solum habet unum: in hoc casu, plures
sunt homines quam dualitates lapidum, est clarum: atqui esse cuilibet homini non corres-
pondeat dualitas, sed solum unus lapis dualitates non sunt tot, quot sunt
homines. Similiter in casu argumenti, cuilibet creaturae, praeter hominem correspondet
dualitas muneris, nempe excedere inferiorem, et excedi à superiori: ho-
mini autem solum correspondet excedi, non vero excedere: unde patet, quod de-
ficit creatura excedens, ut tot sint excedentes, quod excessus, propterea
quae plures sunt isti, quam illi. Insuper replica instatur in durationibus
à parte post, prioribus et posterioribus: si esse incipiamus à duratione A
A. v. g. omnes durationes erunt priores et posteriores, atqui tamen duratio A
solum sit prior: unde probabitur durationes priores esse plures, et non
esse, quam posteriores: similiter in cogitationibus Beati, incipiendo à cogita-
tione A.

Replicabis 3o: potest Deus in infinitum componere creaturam B, quae
excedat hominem v. g. creaturam C quae excedat B. D, quae excedat C, et
sic in infinitum: ergo poterit uno ictu devenire ad aliquam, quae excedat
et non excedatur, ut si ultra progrediatur, veniet ad creaturam summi
vicinioris, haec autem erit omnium maxima. — Nego cons. vel potius
vicinioris, haec autem, erit omnium maxima. Nego consequentiam, quia creatura excedens
supposita, nempe quod possibilis sit in ea colectione, aut creatura excedens
non excessa; aut creatura vicinior Deo, Deus nequit componere ut possibile
quod impossibile est, sic nequit componere instans aeternitatis, quod post se non
habet aliud. Ob. 3o: non repugnat creatura continens saltem omnes perfectiones inter
se compossibiles; sed haec esset omnium maxima: ergo possibilis. Nego mir.: nam